

2 怒江黄鹌菜 新种 图 2:2

Youngia nujiangensis Shih, sp. nov.

Species nostra *Y. piliferae* Shih affinis, sed involucris minoribus, 7 mm longis, foliis ellipticis, longe ellipticis, longe elliptico-oblancoelatis differt.

Herba perennis, radice verticali vel obliqua. Caulis 15 cm altus, basi 1 mm in diametro, reliquiis petiolorum veterum brunneis, e basi pauca et longe ramosus, omnino parce sed sub calathidiis dense pubescens. Folia basalia rosularia, elliptica, longe elliptica, vel longe oblanceolato-elliptica, 1.5—3 cm longa, 0.5—1.2 cm lata, apice obtusa vel acuta, margine integra, sparsim dentata vel inconspicue pinnatifida, basi in petiolo alatos, 1—2.5 cm longos attenuata; folia caulina nulla vel fere nulla vel ea ad furcas ramorum inflorescentiae subulata vel lineari-subulata, minima; omnia textura crassa, utinque laxe hirtella. Calathidia 3—8 in numero, ad apicem ramorum et caulis inflorescentiam corymbosam formantia. Flosculi 12 in numero, ligulati, flavi, tubis glabris. Involucrum anguste cylindricum, 7 mm longum, cujus phylla 4-seriata, extrema et externa triangulata vel late triangulata, 1—1.5 mm longa, 1 mm vel vix 1 mm lata, apice acuta vel obtusa, intima et interna lanceolata, 7 mm longa, 1 mm lata, intus glabra; omnia extus glabra, sub fructu nigro-viridia. Achaenia fusiformia, brunnea, 3.8 mm longa, costis 14, inaequalibus spinulosis. Pappus albus 5 mm longus, inconspicue scaber.

Yunnan (云南): Nujiang (怒江). alt. 1750 m, 1938-06-26, T. T. Yu (俞德浚) 19199 (Typus, PE).

3 糙毛黄鹌菜 新种 图 1:3—4

Youngia pilifera Shih, sp. nov.

Species nostra *Y. terminali* Babcok. et Stebbins affinis, sed caulibus inferne sericeis, foliis utrinque hirtellis differt.

Herba perennis, radice gracili, verticali vel obliqua. Caulis 8—30 cm altus, basi vix 1 mm in diametro, reliquiis petiolorum veterum brunneis, inferne sericeus, superne glaber, e basi vel medio pauca ramosus, sed plerumque superne corymboso-ramosus, ramis gracilibus. Folia basalia indivisa, ovato-elliptica, late ovata, orbicularia vel elliptica, 0.7—2 cm longa, 0.6—1.5 cm lata, apice rotundata vel obtusa, margine integra, basi late cuneata vel rotundata; petiolata, petiolis 1—1.8 cm longis, vel lyrato-pinnatifida, -pinnatilobata, ambitu oblanceolata, 1—3 cm longa, 1.2 cm lata, petiolata, petiolis 1—1.5 cm longis, sericeis, lobis terminalibus ellipticis vel hastatis vel irregulariter hastatis, apice rotundatis vel obtusis, margine integris vel remote magno-dentatis, lobis lateralibus 2—4-jugis, triangularibus, ellipticis, margine integris, apice acutis, rotundatis vel obtusis; folia caulina pauca, 1—2 in numero, longe elliptica, apice longe acuta, basi attenuata, sessilia; ea ad furcas ramorum inflorescentiae subulata, minima; omnia utrinque hirtella. Calathidia pauca, ad apicem ramorum et caulis inflorescentiam corymbosam vel corymboso-paniculatam formantia. Flosculi 11 in numero, ligulati flavi, tubis pubescentibus. Involucrum anguste cylindricum, 8—10

mm longum, sub fructu nigro-viride, cujus phyllis 4-seriatis, extremis externisque brevissimis, late ovatis, 1.5 mm longis et latis, apice acutis vel obtusis, intimis internisque longis-




图2 1. 戟裂黄鹌菜; 2. 怒江黄鹌菜。(蔡淑琴绘)
Fig. 2 1. *Youngia hastiformis* Shih; 2. *Y. nujiangensis* Shih.